

III.
NEOVIDENSIS

Nro 68. (Neovidensis Nro 91.)

Quinquaginta filiae Dānai, quae totidem filiis
Aegysti nupserunt, facta conjuratione omnes
suos maritos una nocte occiderunt excepta
Hypermnestra; Propter hoc flagitium damna-
tae sunt ad inferos, ut dolium pertusum aqua
repleant. Inde sequens mittunt aenigma.

Elysium -- Meum. -- Die Veneris 23. Nov. 1804. (Neov. 9. Nov.)

Mea — Mater habet — anseres :

Quinque caeruleas, sex albas,

Quinque albas, sex caeruleas,

Istae sunt anseres — Nonne sunt anseres ?

Nuntii Vandsbekeriensis facetiae.

Colloquentes Personae:

Mercurius, & Fama.

Mercurius.

Heu Illustrissima Domina! Res mira! Res
mira! Hei mihi! quanta lassitudine confe-
ctus sum!

Fama. Quid id est? edissere, Amantis-
sime nuncie rerum novarum.

Mercurius. Majorem in modum rogo, ap-
plicet buccinae os, halitum, pace mea eti-
am cor, inflet, intendat vocem: Res mira-
bilis, novitas maxima!

Fama. (Admovens ori tubam) sum pa-
rata, inquit, quid est, quod annunciem!

Mercurius. Anseres dictos puta, quæis nihil constat de Martini die, licet tunc quilibet civis gestiat anserem satiari. Numera Germaniæ cives, & habebis numerum anserum.

Fama. Sed quid ego anserina buccinam nova? More receptum est festo Martini anserem comedere. Hoc nihil est novi, sed vetus consuetudo. Alia potius commemorato, quæ sit operæ pretium vulgare per orbem.

Mercurius. O capitulum, o Anseres! o bellum atque internecio Martiniana! Quam terribile fulmen omnibus anseribus Sanctus Martinus, cui tamen exitium anserum tam parum potest vitio dari, atque mihi eversio templi Hierosolimitani. Est hic obtentus tantum se carne innocentium bestiolarum saginandi. Interim licet hinc insignem moralem doctrinam deducere usui futuram politicis anseribus, qui more naturalium semper garrunt, & nunquam necantur.

Fama. Satis jam de Anseribus! Ad alia transeamus.

Mercurius. Sequentia legi in Ephemeridibus Berolinensibus de 2 Novemb. Si Rex noster voluisset esse Imperator Borussiae, jam uttalis salutaretur. Verum ille declaravit, Independentiam Monarchiæ Borussicæ non egeret titulo Imperatorio.

In pluribus Monarchiæ locis, præsertim in Silesia, & Prussia australi ita anguste provenit hoc anno frumentum, ut Gubernium omnem jam sollicitudinem ad avertendas tristes sequelas intenderit. Ea de causa ipse di,

Mercurius. Terribiles cædes, ita est, occisiones, strangulationes Turcicis crudeliores. Horrendum dictu!

Fama. Sed per superos! narra tandem rem; Illico tubæ meæ sonitu remugiet orbis universus.

Mercurius. Hoc est inauditum! commiseratione digna animalia!

Fama. Quid ergo horrescis referre? Forte alicubi perniciosa erupit revolutio?

Mercurius. O sanctæ Martine! quot innocentes animæ obtorta gula jugulatæ sunt!

Fama. Desine tandem, me suspensam tenere. Dicito, quid acciderit?

Mercurius. Anseres Capitolium ab interitu liberarunt; Anseres multas fœminas propterea, quod ad illas proxime accedant, jam sæpe periculo eripuerunt.

Fama. De anseribus tibi est sermo?

Mercurius. Omnino, Illustris Matrona de Anseribus.

Fama. Ad stupida pertinent animantia.

Mercurius. Anseres sunt anseres, & manent anseres.

Fama. Et ubi, quam jaçtabas, novitas?

Mercurius. Eam subministrant anseres. Perpendat, quæso, Illustrissima Domina! quot anseres die Sancto Martino sacra macentur, strangulentur, & si ita loqui licet, extremo supplicio afficiantur! Miserae istæ pecudes clangunt, & gingriunt, atque totis diebus tinnunt.

Fama. Ain' tu Anseres?

Mercurius. Anseres dictos puta, queis nihil constat de Martini die, licet tunc quilibet civis gestiat anserem satiare. Numera Germaniæ cives, & habebis numerum anserum.

Fama. Sed quid ego anserina buccinam nova? More receptum est festo Martini anserem comedere. Hoc nihil est novi, sed vetus consuetudo. Alia potius commemorato, quæ sit operæ pretium vulgare per orbem.

Mercurius. O capitolum, o Anseres! o bellum atque internecio Martiniana! Quam terribile fulmen omnibus anseribus Sanctus Martinus, cui tamen exitium anserum tam parum potest vitio dari, atque mihi eversio templi Hierosolimitani. Est hic obtentus tantum se carne innocentium bestiolarum saginandi. Interim licet hinc insignem moralem doctrinam deducere usui futuram politicis anseribus, qui more naturalium semper garrunt, & nunquam necantur.

Fama. Satis jam de Anseribus! Ad alia transeamus.

Mercurius. Sequentia legi in Ephemeridibus Berolinensibus de 2 Novemb. Si Rex noster voluisset esse Imperator Borussiae, jam utilis salutareretur. Verum ille declaravit, Independentiam Monarchiæ Borussiae non egere titulo Imperatorio.

In pluribus Monarchiæ locis, præsertim in Silesia, & Prussia australi ita anguste provenit hoc anno frumentum, ut Gubernium omnem jam sollicitudinem ad avertendas tristes sequelas intenderit. Ea de causa ipse di-

rigens Silesiæ Minister, Comes Hoym, Berolinum venit, suntque jam debiti ordines facti.

Quidam rerum novarum scriptor in hunc modum argutatur: nonnullis hujus ætatis authoribus difficile est certos casus reticere, futuris longe difficilior erit veram horum temporum historiam scribere; Multa in novis ex proposito tenebris involvuntur, Multorum nulla fit mentio. Fontenellius asserit: Historia continet multa fabulosa. Verum hoc historicis raro imputari potest.

Latissimus modo Statistis, & Publicistis aperitur disserendi campus, ingens enim multitudo publicorum debitorum transcribitur. Forma eorum est diversissima, motiva autem passim satis simplicia adducuntur.

Non facileprehenditur in Caesarea Francofurtensi Executionis commissione casus formalis perhorrescentiæ, hujus tamen luculentum dedit exemplum Domus Nassaviensis Usingana. Res hæc nondum eliquata est, ideo præstat silentio premere.

De nova Austriaca Imperatoria dignitate sunt tantum veteres Imperii Germanici Principes, una cum Nassaviensi specialibus litteris certiores redditi.

In litterarum inscriptione ad Principem Arausionensem iterum comparet prædicatum Serenissimi, & quemadmodum hoc in usu erat intra regnum tempore Gubernationis Belgii, ita modo ab extraneis Aulis recognoscitur; ipse Romanorum Imperator idem die 22 Junii

Anno 1804. in publicis conventionis actis confirmavit.

Senatus Basileensis nuperrime in mandatis dedit, ne in civitate, & tota Provincia ullus audeat sub gravissima poena diebus dominicis, sive publice, sive privatim lusus, choreas, & universe quascunque hilaritates instituere.

Londino 25. Oct. Heri fama percrebuerat, nostras aliquot naves fuisse in portu Gaditano detentas. Rumor hic inde trahit originem, quod nostra bellica navis triumphus appellata, eodem tempore, quo a nostris nautis Hispanica navigia una cum thesauris occupata sunt, Gadibus extiterit. Interea speramus eam ad tutiora delatam esse, nam Præfectus navis Moorius vi datarum sibi instructionum eidem certo significavit, ut quam citissime desereret portus Hispanicos. Illa navis ingentem vim pecuniæ ad rationes nostri commercii colligebat in portu Gaditano.

Ex hesternis litteris hodie ad nostros portus allatis intelligimus, secundum Classis Præfectum Gravesium appulisse Torbajum, sed statim sequenti die a meridie cum Illustri Cornvallio iterum versus portum Brestanum navigavisse. Heri iterum variorum sermonibus jactabatur Gallicus Classis Præfectus *Gantheaume* cum sex primæ magnitudinis navibus ex portu Brestano evasisse, cum autem collegio rei navalis hac de re nihil sit nunciatum, tota narratio caret auctore.

De negotiis Russiam inter, & Galliam, atque Sueciam controversis varii hic quotidie sparguntur rumores, de quibus incertum, an veritate nitantur.

Nostri rerum novarum commentarii hodie primum continent illam Notam, quam Russicus negotiorum gestor Oubrilius 21. Julii Parisiis porrexerat.

Fertur iterum occulta parari expeditio, quæ ad conjungendas præsentium circumstantiarum res inter Hispaniam, & Angliam locum habeat.

Heri nostrum Gubernium ex Præsidio Gibraltar gravissimi momenti nuncios accepit; sed de quibus in publico adhuc nihil constat.

B i o g r a p h i æ.

Mercurius. Legatus, caduceator, & negotiorum Jovis gestor. Hac de causa veteres talibus eum præficiunt functionibus, quas Caduceatores solebant peragere. Inter alia ejus officia est, ignem accendere, cibos mensæ apponere, pocillatorem agere, & plura his similia. Quem suo caduceo contrectavit, ille comite Mercurio descendit ad inferos, at eadem virga etiam mortuos ad

vitam revocabat. Quapropter in orco man-
data Plutonis, in Olympo autem Jovis ef-
fectui dabat.

Gracili corpore, & accurata membro-
rum conformatione præditus novit artem lu-
ctandi, ubi fortioribus viribus celeritate occur-
rebat, sicque vincere docuit homines. Idem
conciliat pacem, dissidentes componit, unde
Præses facundiæ dictus. Jam in juventute in-
ter duos certantes serpentes suum aureum
scipionem medium interposuit, cujus ma-
gica vis id effecit, ut se eidem implexue-
rint, in quo hodiedum capitibus obver-
si visuntur. Hoc utitur Mercurius orna-
mento.

Tota ejus indoles fuit ad affabilitatem
composita: Laræ amoribus fuisse captus
commemoratur. Prudentia excellit, ideo
veteres Poetæ eum amicum faciunt versuti
Ulyssis, cujus causam libenter sustinuit, ut
notum est ex fabula de Circe. Astutas de-
ceptiones, furta, & perjuria protegebat, ideo
fallaces homines ejus filii vocabantur. Pin-
gitur corpore tenuis, alas habens in pedibus,
& in capite, in manu caduceum, cui duo
serpentes se se mutuo intorserunt. Sæpe
manu tenet Crumenam, vel etiam libram.
Aegyptii, Græci, & Romani, sed potissimum
Arcades eum colebant. Romæ plura erant
templa ejus honoribus dicata. Mercatores

autem, quorum etiam Deus erat, eidem holocausta offerebant: Lac, mell, & pullos, e quibus gallus eidem sacer erat. Videtur quoque lingua utpote instrumentum eloquentiæ, singulari modo distincta fuisse.

Fama. Rumor, Titanis, & terræ filia. Secundum veterum auctorum descriptionem erat Dea, quæ nunquam dormivit, & quæcunque in orbe terrarum agerentur, scivit, at illa novis additamentis aucta longius promovit. Ejus imago alis est instructa, servans manu tubam, quam ori admovet.

Problema.

Interrogatus Magister Arithmeticæ quotnam haberet discipulos, reposuit: Nullo a scholis absente tot sedent in uno scamno, quot in alio, exceptis duobus scamnis, in quibus uno plures numerantur; Si vero viginti emanent, quodlibet scamnum occupant tantum 4 discipuli; Si denique septem benevoli Auditores accedant, possunt in quolibet scamno septem juvenes considerare.

Quæritur: Qua ratione possit inveniri numerus discipulorum, & scamnorum.

*Benedictus Lory de Lorennans,
Geometra.*